

† Iohannes magistri Mathei testatur.

† Ego Gintiloctus mangano testis sum.

Notitia testium:

Loctus manganus, dopnus lucas de sancta Maria, Iaconus Meilus, lillus bac-carellus, Iohannes magistri Mathei.

N. 150.

A. D. 1335

(27 dicembre; Indiz. III)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Napoli.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iacobus Quaranta not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,34; larg. m. 0,30. Con piccoli strappi ai fianchi.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Il <i>Magnificus Robertus de Santo Severino, miles, f. qd. Comitibus Marsici</i> , dichiara che una volta furono depositate, per mezzo della nobil donna <i>Francesca de Andria</i> , certe <i>res mobiles</i> della figlia Iohannella, presso la magnifica signora <i>Aquilliana de Montesalica</i> , sua nuora. Detti beni si debbono assegnare alla stessa Francesca di Andria e perciò non potendone far la consegna a lei, Roberto ne dà procura a Lisulo de Marra e al notaio Giovanni.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini, dei eterni et Salvatoris, nostri ihesu christi Anno a nativitate ipsius, Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto Regnante domino nostro Roberto *etc.*, Regnorum eius anno vicesimo sexto feliciter amen die vicesimo septimo, mensis decembris, tertie Inditionis neapolis. Nos Andreas puldericus Iudex civitatis neapolis ad contractus, Iacobus quaranta de neapoli publicus ubilibet per totam provinciam Terre Laboris et commitatus Molisii, Regia auctoritate notarius, et testes subscripti, ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notum facimus et testamur. Quod constitutus in nostri presentia, Magnificus vir, dominus Robertus de Santo Severino miles, qd. comitis Marsici, f. ac pater et legitimus administrator ut dixit Iohannelle f. sue, consentiens prius in nos prefatos iudicem et notarium ut in suos, cum sciret, ex certa sua scientia, nos eius iudicem et notarium, in hac parte non esse, asseruit coram nobis, olim fore depositas, penes qd. magnificam dominam, dominam Aquilianam de montesalica socrum suam, quasdas res mobiles, certa de causa, nomine et pro parte nobilis mulieris, domine francesce de Andria, et se velle easdem res mobiles, tradere et assignare, domine francesce de Andria supradicte, nomine et pro parte dicte Iohanne filie sue, et non posse, assignationi et traditioni supradictis, personaliter se conferre aliis negotiis occupatus. Idcirco confisus de fide sufficientia et legalitate, nobilis et Egregii viri, Lisuli de Marra consanguinei sui ut dixit et discreti viri et notarii Iohannis de Barolo procuratoris domine abbatisse, Monasterii Sancte Clare de dicta terra Baroli, ipsos liceat absentes tamquam presentes, quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis, set quod unus eorum inceperit, alter ipsorum, possit proseguire, mediate et simul, nomine et pro parte dicte Iohanne filie sue, fecit constituit et legitime ordinavit, suos et dicte Iohanne veros, et legitimos procuratores, negotio-